MORTILOGIUM SANCTORUM

Salzburg (?), 1. Hälfte 15. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8138
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Januarius

virginis et martiris que pro fide Christi primo in igne fuit proiecta.
et permansit illesa. 2° mamillas eius abscidit. 3° scorpionibus
[illegible] afflixit. 4to super prunas posuit. 5to super
acutissimas testas voluit. et orans migravit ad dominum Ihesum Christum.

7 g pi Sancti Cleri martiris et diaconi qui septies fuit tortus
per septem dies ab infidelibus pro fide Christi. 2° diu in carcere
maceratus. 3° fuit decollatus

8 [illegible] Sancti Pacientis episcopi Metensis. [illegible] qui in Metis
vero episcopi sedit [illegible], et de hiis .12. ab ecclesia canonizati.
Item [illegible] Luciani presbiteri et Maximiani et
Iuliani. quorum Maximianus et Iulianus primo a persecutoribus
gladio puniti sunt. Deinde beatus Lucianus post
multa tormenta cum Christi nomen viva voce confiteretur publice
decollatus est. Item Ratispone Erhardi episcopi.

9 b Sanctorum Iuliani et Basilisse uxoris sue. qui fuerunt perpetui
virgines. et cum virginibus, et pro fide martirizati sunt.

10 c Sancti Pauli primi heremite qui a .16. etatis sue anno
usque ad centesimum tredecimum annum. solus in heremo
mansit. et sanctam et austeram vitam duxit. cuius animam inter
apostolorum et prophetarum choros ad celum ab angelis ferri
vidit sanctus Antonius. Pallium autem eius de foliis palmarum
contextum, Anthonius suis usibus in diebus sollempnitatibus
vendicavit. Et sanctus Jeronimus respexit et dixit de
paulo Si mihi dominus in optionem daret multo magis eligerem
tunicam pauli cum meritis eius quam purpuram regum cum
regnis suis

11 d Reductio Ihesu Christi de egipto ubi septem annis exulavit
usque ad mortem herodis. Tunc angelus dixit ad Joseph.
Surge et vade in terram iuda. defuncti sunt enim qui querebant
animam pueri. et sic venerunt cum puero Ihesu Nazareth

12 e Apud Achaiam sancti Satiri martiris qui [illegible] Arabie fuit